

nus sanctum suum : Dominus exaudiet me, cum clamavero ad eum.

Irascimini, et nolite peccare : quæ dicitis in cordibus vestris : in cubilibus vestris compungimini.

Sacrificate sacrificium justitiae, et sperate in Dominio ; multi dicunt. **Quis ostendit nobis bona ?**

Signatum est super nos lumen vultus tui Domine : dedisti lætitiam in corde meo.

A fructu frumenti, vini et olei sui : multiplicati sunt.

In pace in idipsum : dormiam, et requiescam.

Quoniam tu, Domine, singulariter in spe constituisti me.

Gloria Patri, &c.

PSEAUME 30.

IN te, Domine, speravi, non confundar in æternum ; in justitiâ tuâ libera me.

Inclina ad me aurem tuam : accelera ut eruas me.

Esto mihi in Deum protectorem, et in domum refugii : ut salvum me facias.

Quoniam fortitudo mea et refugium